Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ipse dns ds noster in uniuersa terra iudicia eius 7

Memor fuit in saeculum testamenti sui uerbi quod mandauit in mille generationes 7

Quod disposuit ad abraham & iuramenti sui ad isaac 7

Et statuit illud iacob in praeceptum & israel in testamentum aeternum 7

Dicens tibi dabo terram chanaan funiculum hereditatis uestrae 7

Cum essent numero breui paucissimi & incolae eius 7

Et pertransierunt de gente in gentem & de regno ad populum alterum 7

Non reliquit hominem nocere eis & corripuit pro eis reges 7

Commonet hic illum intellegi debere esse dnm quem populi iudaeorum ad crucifigendum decreuerunt, et eius iudicia per uniuersum mundum ee post facienda 7

Quod disposuit. illa enim dicit quae inueteri testamento abrahae et isaac patriarchis promissa sunt 7

Chanaan interpretatur humilis, ergo conuenienter significat accepturos esse xpianos, terram humilium. idest beatorum, funiculus hereditatis. mundi huius dicit tortuosas angustias. quas dns p salute nra sua passione dissoluit, nam carnis illius susceptio. nostra probatur esse hereditas 7

Non reliquit faraonem. ut noceret abrahum insuper, nec abimelech isaac in rebecca, sed corripuit faraonem. & abimelech pro eis 7

Memor fuit in saeculum. cum promissa compleuit, testamenti sui. prophetarum significat praedicationes, mandare est. per alium aliquid dicere, quod per eos fecit. cum eis dictum est futura prophetare, mille generationes. finem seculi significant 7

Illud statuit iacob. idest firmauit in praeceptum. in nouum scilicet testamentum, Nouum uidelicet testamentum propriae dicitur aeternum. quia nullum illi aliud aliquando succedit. sed promissorum completa perfectio 7

Nunc enumerat quantas patriarchis. uirtus diuina praestiterit 7

Per transierunt. de abraham enim dicit. qui exiit de terra chaldeorum. et uenit in mesopotamiam, Demesopotamia. in terram repromissionis, et iterum in aegyptum, multa regna transimus. ut peruenamus ad terram repromissionis 7